

III.

Die aus dem Kloster Bobbio nach Rom gelangte Vaticansische Hs. 5775, den Commentar des Bischofs Claudius von Turin zu den Corintherbriefen enthaltend, bietet uns auf f. 2v. eine merkwürdige Schenkungsurkunde des Gebers an das Kloster aus dem J. 862 dar (s. Arch. XII, 252). Sie möge hier nach einer Abschrift des Hr. Dr. A. Mau folgen:

Ego in dei omnipotentis nomine Teudulfus sanctae Terdonensis ecclesiae indignus episcopus sedula mecum cogitatione pertractans dominicum praeceptum quo dicit: 'Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam'¹⁾, utile iudicaui, ut quicquid mihi bona uoluntas suggererit, secundum propriarum uirium possibilitatem adimplere debeam, incertus secundum quod supra dominus dicit, quando meae finis ultima hora superueniat, ideoque in bono opere paratus existere debeam. Ductus itaque amore filii dei, qui me ad hunc dignatus est honorem perducere et pro cuius dilectione hunc presentem librum scribi uolui, offero eum pro amore dei et auunculi mei Iohannis uenerabilis episcopi, qui huic ecclesiae, ubi et ego praesideo, praefuit episcopus, et pro remedio animae meae beato Columbano confessori Christi, quatenus eum et praesentes et futuri monachi inibi commorantes in suam habeant potestatem. Omnes autem uel praesentes uel futuros contestor, ut nequaquam iam dictum librum de potestate sancti Columbani uel monachorum ibi degentium subtrahere quaerant, sed semper ibi permanere dimittant. Quod si quis aliter facere temptauerit, rationem se de ac re quoram deo redditurum sciat et²⁾ inuasor dominicarum rerum. Hunc itaque librum uice nostra mittimus per manum Humberti diaconi nostri et primicerii seu et per manum Claudii uassalli et nepotis nostri. Et ut firma sit haec nostra oblatio et inuiolabilis permaneat, manu nostra propria subscribere uoluimus et Humberto diacono, nostro notario et primicerio scribere quae obtuli iussi.

Actum est anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi octingentesimo sexagesimo secundo, indictione decima.

Teudulfus episcopus s. s. s.

IV.

In dem aus Tegernsee stammenden codex lat. Monac. 19413 findet sich auf f. 33v.—53v. von einer Hand wahrscheinlich noch des 10. Jahrhunderts eine ungedruckte Vita Herasmi in Hexametern, von der ich hier, um zu weiteren Nachforschungen darüber anzuregen, den Prolog des ungenannten Verfassers mittheilen will.

1) Matth. 25, 13.

2) lies 'ut'.